

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

venerabili fratri *Jacobo L. Sin*, hactenus Episcopo titulo *Obbensi*, ad Sedem titulo *Massalubrensem* promoti eidemque renuntiato coadiutori cum iure successionis Archiepiscopi *Jarensis*, salutem et apostolicam benedictionem. Gravissimum Dei voluntate sustinentes onus rei universae catholicae tuendae hominumque in sancta religione servandorum, nihil prorsus omittimus quod ad id bonum conducatur, Ecclesiarum Praesulibus Coadiutores dantes, qui non solum optato subsidio sint, sed in eorum etiam locum, sede vacante, sufficiantur, utili regiminis perpetuitate servanda. Quam ob rem cum venerabilis frater *Josephus Maria Cuenco*, Archiepiscopus *Jarensis*, ea sit condicione ut valido auxilio egeat, Te censuimus bene eidem assignari posse qui eximi praestas ingenio et rerum pastoralium usum iam ample consecutus es. De sententia ideo venerabilis fratris *Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti* deque *Nostra* suprema potestate, Te, a priore Sede *Obbensi* liberatum, simul eligimus Archiepiscopum Sedis titulo *Massalubrensis*, pro hac vice Archiepiscopalis, vacantis post abdicationem venerabilis fratris *Pauli Aijiro Yamaguchi*, simulque nominamus Coadiutorem cum iure successionis sacri Praesulis — quem diximus, una cum muneribus et iuribus huius officii propriis ad normam *Apostolicarum Litterarum "Ecclesiae Sanctae"*, Motu proprio die *VI* mensis *augusti* anno *MCMLXVI* datarum. Te quidem ab iteranda fidei professione eadem *Nostra* auctoritate solvimus; ius vero iurandum fidelitatis, teste aliqua Episcopo, sincera obstricto huius *Romanae Sedi* caritate, dabis, iuxta formulam quam de more signatam sigilloque impressam ad *Sacram Congregationem pro Episcopis* cito mittes. Mandamus praeterea ut haec *Litterae Nostrae* publice in cathedrali templo *Jarensi*, die festo de praecepto recurrente, clero populoque perlegantur, quos quidem hortamur ut pro tua auctoritate Tibi pareant tisque faveant inceptis. Ceterum, venerabilis frater, inixe hortamur ut *sacram Antistitem*, cui mitteres fideliter adiuves, populumque universum, cuius in posterum eris pastor, ad sanctitatem vitae et supernarum rerum amorem alacriter trahas. Datum *Romae*, apud *S. Petrum*, die *quintodecimo* mensis *Januarii*, anno *Domini Millesimo nongentesimo septuagesimo secundo*, Pontificatus *Nostri* nono.

ALOISIUS CARD. TRAGALIA
S.R.E. Cancellarius

FRANCISCUS TINELLO
Apostolicam Cancellariam
Regens

JOSEPHUS DEL TON, Proton, Apost.
EUGENIUS LEVI, Proton, Apost.

Expedita die *11 febr.* a, Pontif. *IX*

M. Orsini Plumbator

In Canc. Ap. tab. vol. *CXL* n. *63*